

10496
97.

1761 4⁵

IMMANUEL GOTTLIEB FREYBERGII

DRESdensis

PHILOSOPHIAE ET IURIS VTRIVSQUE DOCTORIS

ATQVE IN VRBE PATRIA PRACTICI

LIBELLVS ACADEMICVS

DE

A E D I B V S EXVSTIS ET RVINOSIS

C O N S E N S V

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

PRO OBTINENDO

DOCTORIS GRADV

D. XX. AVG. CIO IO CC LXI

HORIS CONSVETIS

IN AUDITORIO MAIORI

PVBlice DEFENSVS

VITEMBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDI

ACADEMIAE A TYPIS

IMMUNIB
COTTOA

REPTILIA
SINISTER
LATERALIS

ANALIS
DORSALIS

VENTRALIS
ANALIS

ANALIS
VENTRALIS

ILLVSTRISSIMO
EXCELLENTISSIMO QVE DOMINO
DOMINO
HIERONYMO
FRIDERICO
ASTAMMER
AVGVSTISSIMI ET POTENTISSIMI
POLON. REGIS ET PRINC. ELECT. SAXON.
INTIMO STATVS MINISTRO ET IN SENATV
SANCTIORI CONSILIARIO ITEMQVE
SVMMI REGIMINIS SAXONICI
CANCELLARIO
DYNASTAE IN GROSHERMSDORF
ET HARTMANNSDORF
DOMINO MEO GRATIOSISSIMO

ET

MAECENATI INDVLGENTISSIMO

EXIMIO PATRIAE SALVTIS FIRMAMENTO
PRAESIDIOQVE MVSARVM CERTISSIMO

EXERCITATIONEM HANC ACADEMICAM

IN AVGVRalem

SOLEMNI VETERVM FORMVLA

D. D. D.

SIMVLQVE VITAM LONGAEVAM

FT FELICITATEM PERENNEM

TANTA ANIMI RELIGIONE


QVANTA EST SVMMA

COMPRECATVR

STAMMERIANI NOMINIS

SUBMISSISSIMVS CLIENS

IMMANVEL GOTTLIEB FREYBERG



Q. F. F. S

I

INSTITVTI OCCASIO ET COMMENDATIO



ogiranti mihi dissertationis inauguralis materiam, pla-
cuit, tractare quoddam practicum, ut vocant, argu-
mentum, et nostris, proh dolor! calamitosis temporis
bus accommodatum. Semper enim sterilis et super-
uacua mihi videtur iuris prudentia, nisi cognitione
legum in litibus exercendis, aut dijudicandis, maxi-
me vitatur. Et multum fallimur, quando sola legum scientia, ver-
borumque ardua perscrutatione, ad dignitatem veterum quam proxime
nos accedere nobis persuademus, cum potius, CICERONIS iudi-
cio, a) ille vere nominandus sit Iurisconsultus, qui legum, et

A con-

a) De Oratore L. I

consuetudinis eius, qua privati in civitate vntuntur, et ad *respon-*
dendum, et ad *agendum*, et ad *cauendum*, peritus est. Quisquis ta-
men tanti nominis gloriam consecrari cupit, omni debet studio al-
laborare, vt leges non vulgariter cognitas ad facta diligenter adpli-
cet et adiungat. Quo frequentiora vero in hae vel illa *regione*, hoc
vel illo *temporis traetu*, facta, quorum norma lex est, in qui-
busdam iuris speciebus peculiariter obueniunt: eo studiosius ad fons-
tes ipsos properandum, iisque inherendum est, vt vel ex certo iu-
re constituto, vel per rerum similiter iudicatarum autoritatem, illa
possit facta diuidicare.

Quod ut aliquanto plenius intelligatur, monuisse sufficiat, le-
gem Rhodiam de iactu, actionem exercitoriam, et quae de nautico
foenore sancta sunt, in quotidiano fori vnu esse apud regiones ma-
ritimas, pariterque leges metallicas iis maxime vigere locis, quibus
metalla effodiuntur, ut adeo unum hoc et alterum exemplum satis
comprobent, *morem regionis et locorum diueritatem* varios ple-
rumque campos aperire Ictis, in quos possint cum laude plurima
excurrere.

Idem illud, si *temporum discrimina* respicimus, obseruandum
est. Enim vero in praesenti rerum statu, et perturbatione tem-
poris, tot forenses disceptationes iudicis auctoritatem saepius postu-
lant, quae tranquillitate pacis rarius proponabantur. Constat inter
omnes, quanta causarum litiumque multitudo ex acerbitate belli,
eiusque diuturnitate, quasi exitiali semine, proueniat et exsurgat.
Sive enim inter eos, qui vendunt emunt, conducent locant, contra-
hendisque altis negotiis implicantur, sive cum de restituione mutui
agitur, et qui sunt sexenti casus alii, calamitosa belli tempora discor-
diam excitant atque lites, ut adeo arma principum animos etiam
priuatorum hominum accendere, et rixas vbiunque ciere vide-
antur.

Haec

Haec inter belli mala et comites lacrimosa illa incendia, quibus tot videmus vrbes, tot pagos, tot vicos, tot domos, destrutas et eversas, locum tenent non ultimum, et iustissimum dolorem commouent. Quin igitur me horror ingens perstringit, si patriam, cuius caritas omnino maxima censem, b) si vrbe regiam et caput Saxoniae tot ruinis deuastatam intueor, et deploranda Vrbis fata cogito.

Eheu ! nec arae patriae domi stant : fractae et disiectae iacent ;
Templa flamma deslagrata : Tosti alti stant parietes,
Deformati c)

Perire diuitum apparatus magnifici , corumque splendida opera proruta sunt, quassata atque decussa : simulque curtam aliorum supellecilem et exiles domos hostilis flamma rapuit. Itaque dolor nōstro nunquam potest crudelis illa dies, seu portius fatalium dierum series excidere , quibus eorum, qui arma contra ferunt, multitudo et celeritas vrbe patriam obsidione clausit, presis, eidemque excidium minata est. Qui tunc temporis angor ! Quae vitæ desperatio ! Quid, queso, calamitatum omnium et malorum pondus ! Audiebas vularus foeminarum, infantium quiritatus, clamores virorum : Alii parentes, ali liberos, alii coniuges vocibus requirebant, vocibus noscitabant : hi suum casum, illi suorum miserabantur. d) Quae consociatae miseriae, et quasi publici tremores, inprimis illa die inualuerunt, qua non moueri omnia , sed euerii credebantur, ut tandem , magno quamvis vitæ periculo, vrbe excedere, et ad transalbinos ciues confugere visum fuerit. Neque tamen hocce refugium certam nobis securitatis fiduciam addidit. Ea enim est, si credis PLINIO, e)

A 2

metu-

b) CIC, L. X. ep. 5, ad familiari.

d) Vid. PLIN. L. VI, ep. 20

c) IDEM, L. III. Tusc. Quæst.
cap. 19

e) L. VI, ep. 4.

metuentium natura, ut vereasit omnia, imaginentur oinbia, et illa, quae maxime abominantur, maxime sibi singant. Numerosa igitur ciuium consigil pars, instar exulum, ad circumiacentes vrbes, agros et vineas, ut anxietatem requie lenirent aliquantulum, et vitam saltem recuperentur. At enim vero cum reuertimus in urbem, obfidaione liberataim, dolor quidem vehementius recruduit, atque lacrumentes oculos animumque attonitum in ruinas urbis et excidia intendimus, grauemque rei familiaris iacturam conquesti sumus, quid, quod etiamnum conquerimur. Sed vineam animum, mihiique imperabo: Dolorem iustissimum, si non poruero frangere, occultabo f)

Interea tamen foeda ruinarum spectacula semper ante oculos versantur, et quotidianis hominum feruntur sermonibus, vt adeo facilis possit conjectura explicare, cur ego differendi occasionem de AEDIBVS EXVSTIS ET RVINOSIS neque a praesentis statu temporis, neque ab hodierno fori vnu, alienam esse existimauerim. Cuius quidem propositi eo magis tenax esse volui, quo magis doleo, VITEMBERGAM, urbem fama et antiquitate celeberrimam, sedemque Musarum florentissimam, priori anno similia, atque eadem, quae Dresdam terruerunt, fata esse expertam

II

INCENDIA ET RVINAE
SVNT CASVS FORTVITI
AEDIBVS EXVSTIS VSUSFRVCTVS PERIT

Rem igitur ipsam adgrediar. Neque tamen, more veterum, pluribus morabor in verborum significationibus. Ut enim de ruinis et incendio me locuturum intelligas, nihil plane dubitationis vel

Φ
f) Cic. Orat. Phil. XII cap. 8

vel obscuritatis habet. Illud autem praemonere refert, ruinas et incendia, ex auctoritate legum et ICororum, plerumque inter casus numerari fortuitos. **VLFIANVS** certe L. XXIII. de R. I. incendium ad illas pertinere species arbitratur, quae, si sine culpa accidunt, a nullo debent domino praestari. Quamvis enim, quae **ALFENI** est sententia, I. II. D. de peric. et commod. rei vend. a) incendium sine culpa fieri non possit, et saepe vel inhabitantes negligenter ignem habeant, vel incendiariorum dolus, vel hostilis vis interueniat, hoc tamen nihil pertinere ad dominum iudicatur. b) Quod generaliter obseruare placuit, ut in variis proponendis questionibus rationes iuris eo facilius cognoscantur. Plura vero hic addere non licet, et potius, quod tractandum sumo, argumentum, ordine nunc persequendum, diuersis iuris speciebus explicandum est.

Exordiar ab **VSVFRVCTV**. Cuius quidem scimus eam esse naturam, vt torius rei interitu amittatur. Quare, **VLFIANI** iudicio, *vſusfructus aedium legatus sine dubio extinguitur, si illae corruerunt, vel exustae sunt, ut etiam nec areae, nec caementorum vſusfructus debeatur.* L. 5. §. 2. D. Quib. mod. *vſusfr.* Quod adeo non tantum, si aedes sunt ad aream redactae, certissimum videtur **VLFIANO** et **IVLIANO**, verum etiam cum demolitis aedibus testator alias nouas restituerit. L. IO. §. 1. Eod. c) Etenim

A 3

sub.

Φ Φ

a) Add. L. 3. §. 1. D. de offic. praeſ. vig.

b) Conf. **RITTERSHVSTVS** in Commentar. ad L. XXIII. Dig. de diu. Reg. Iur. Cap. XVIII. et Protheor. eiusd. Commentar. Cap. VI. vbi de causis fortuitis multa sunt egregie disputata

c) Ita etiam **IVLIVS PAVLVS** Sentent. Recept. L III. T. VI. §. 31.

Rei mutatione amittitur *vſusfructus*, si domus legata incendio conflagraverit, aut ruina perierit, licet perfecta restituatur. v. **SCHVLTINGII** Iurispr. Anti-Iuſtin. p. 363

sublata rei forma, vel mutata, velut si ex agro stagnum, ex vine
pratum fieri, res ipsa quoque, et illius vſusfructus, interisse credi-
tor. d) *Difſoluta igitur naue legata, neque materia, neque na-*
nus debetur, l. 88. §. 2. de Leg. 3. et perit quadrigae legatus vſus-
fructus, quando unus eſt ex quatuor equis mortuus, quia feliciter
quadriga eſſe desit L. 10. §. fin. D. Quib. mod. vſusfr. e)

At e contrario, cum pars aliqua adhuc salua est, aliud dicendum nobis erit. Nimirum IAVOLENVS l. 53. D. de v/sift. opportune monet, totius soli vsumfructum retineri, quandom quaelibet portio remanet, ut adeo, si modo pars aedificii corruerit, nemo dubitare possit, vsumfructum partis reliquae, et totius soli, superesse. Fingas igitur, habitationes aedium penitus exustas esse atque dirutas, iure tamen suo vsumfructarius quaevis commoda percipier ex tabernis mercatoris, aut cellis vinariis, ad quas forte flamma penetrare non potuit

Eadem iuris ratione viimur, si domus aut natus per partes sit refecta. Illam quaestionem **VLPIANVS** et **SABINVS** agitant l. 10. §. 1. et. 7. D. **Quib. mod. vñiusfr.** Vterque vero vñiusfructuario faret. Quamvis enim refecta natus vel domus non prouerso eadem videatur, pristina tamen manet omnino species, neque commutatis paribus eadem res esse definit. Sin autem natus *vñiversa* fuerit *dissoluta*, atque postea, licet isdem tabulis, nulla alia adiecta, instaurata, vñiusfructus tamen, quia res non mansit eadem, vñique ex-
tingui-

d) Quod secus est in pignore et
seruitute, sed in usufructu receptum
propter ea videtur, ne scilicet diu ma-
neat proprietas inutilis, VINNII Par-
tition. Iuris L. I. cap. 77

e) Hoc tamen subtile magis esse, §.

quam ex usu, hodieque iudicari contrarium, WISSENBACHIVS docet in Exercitat. ad Pandectas Disp. XIX. §. 19, conf. BOEKELMANN. in Commentor. ad Digest. L. VII. Tit. IV.

tinguitur, prout dict. l. 10. §. 1. et 7. subtiliter cautum est. Quod circa aedes funditus eversas, sed deinde restitutas, iure simili obtinere, paullo ante obseruauimus

III

FRVCTVARIVS AN DOMINVS
RVINOSA ET EXVSTA AEDIFICIA
RESTITVERE VEL REFICERE DEBEAT

Iam vero paucis lubet desplicere, cui quidem aedium ruinosarum et exustarum refectio incumbat, vsumfructario, an domino? VULPIANVS certe neutrū a) cogi reficere, existimat, si qua vetustate corruiſſent aedificia, L. 7. §. 2. D. de vſuſr. Neque enim fructuarius ad reficiendas aedes, quae vetustate corruerunt, vel incendio consumtæ sunt, vlo modo obligatur, cum sufficiat, si nihil eius negligentia, aut culpa, corrumpatur. Quare GAIUS L. 20. D. de damno infect. aperte negat, refectionem aedium ad onus fructuarii pertinere, sicut etiam arbores vi tempeſtatis, non culpa fructuarii, eversas ab eo ſubſtitui, PAVLO non placet. L. 59. pr. D. cod.

Illud autem velim intelligas de *ruina aedium totarum*. Hac enim finit vsumfructum, ideoque ſolus est domini arbitrium, vellet instaurare, nec ne. At vero si vitium modo aedificii adſit, eius refectio ad vsumfructum pertinet rei fructuariae boni viri arbitratu exercendum. b) Namque fructuarius omne debet, quod diligenter

a) Ioann. DOMATVS in Delectu Legum ex libris Digest. et Cod. p. 89. loco neutrū legendum eſſe opinatur neuiquam, aut non. Sed pri- or leſſio, si nexum legis inspicis, magis idonea videtur

b) Vid. l. 18. §. 2. D. de damn. infect. vbi PAVLVVS de vitio aedium loquitur,

diligens paterfamilias in sua domo facit, et ipse facere; c) vt adeo, quaecunque pertinent ad turciam aedificiorum, d) ab ipso expecentur. Quapropter CELSVS L. 7. §. 2. D. de usfr. cogendum esse, ait, fructuarium per arbitros, ut sarta tecta habeat, quorum ususfructus ipsi sit relictus; Atque GORDIANVS l. 7. C. eod. expediti iuris esse rescripsit, quod suis sumtibus sarta tecta praestare debeat. Hoc vero duo complectuntur officia. Alterum est, vt tueatur rem, tanquam bonus paterfamilias aduersus imminentia pericula; Alterum in iis consarcendiis et reparandis consistit, quae vi-
tii aliquid contraxerunt. e) VLPIANVS tamen, si paratus sit derelinquere praedium, quod sibi inserviuosum esse sentit, et recedere maluerit ab inutili prorsus ususfructu, ipsum non cogendum es-
se docet ad refectionem, l. 64. pr. D. de usfr. vnum illud si ex-
cipias, cum fructuarius, quicquid suo suorumque facto deterius fa-
ctum sit, reficere debeat, quo nimirum easa, ex POMPONII sen-
tentia, nequitiam absoluendus erit, quamvis usumfructum derelin-
quere velit, siquidem de praeterita culpa teneatur. L. 65. pr.
D. eod.

Vides igitur, refectionem modicam ad fructuarium sine dubio pertinere. Interdum vero etiam proprietarius vel ex pacto, vel ex testamento et iussu testatoris, ad illam obligatur. Si enim ius-
serit testator, ut haeres reficeret insulam, cuius usumfructum legauit,
potest fructuarius ex testamento agere. L. 46. §. 1. L. 47. D. de usfr.

Quid?

* * * * *

tur, non de totaria. Conf. Io. IEN-
SII Stricturas Iuris Romani p. 316.
quo loco dicit. l. 18. §. 2. de damno in-
fect. cum cit. l. 20. d. tit. eleganter
concepcion. Io. GÄRSIAS de expens.
et meliorat. Cap. XI. §. 18. seqq

c) L. 65. pr. D. de usfr.

d) Ita VLPIANVS L. 7. §. 16. D.
filii. matrim

e) VINNII Parit. Iur. L. I. cap.
76. BERGERI Oecon. L. II. tit. 3. §. 19.
not. 7

Quid? quod cum ipse proprietarius, ut tota res interiret, fecerit, hic non minus usufructuario vel ex testamento, vel de dolo tenebitur. L. 5. §. 3. D. Quib. mod. ususfr. Et quemadmodum ex dolo restitutio competit in integrum aduersus dolosos, ita fieri posse arbitor, ut non tantum aedes, dolo dirutas et collapsas, restituere cogatur dominus, sed etiam in eis restitutis ius ususfructus, haec tenus extinctum, reuiuiscat. f)

Ex quo satis intelligitur, posse totius etiam rei fructuariae restitutionem, vel partialem eius, et modicam refectionem interdum proprietario iniungi. Neque tamen et hoc praetereundum est, quod fructarius, si quid praeter sarta testa, et quidem ad perpetuam proprietatis vilitatem erogauerit, actione possit negotiorum gestorum a domino repetere. L. 7. C. de ususfr. g)

IV

DE USUFRUCTV

MARITI, PATRIS ET CLERICI

IN EXVSTIS AEDIBVS

ILLARVM QVE REFECTIO

Haec de ususfructu generatim dicta sunt. Nunc singularia quedam fructuariorum legitimorum iura delibabo. Ac prima quidem quaestio circa usumfructum maritalem incidit. Posset enim forte dubium videri, nam maritus illos sustinere sumtus debeat, qui propter exutas vxoris aedes necessario requiruntur, ut scilicet rotti lapides et ligna amoueantur, ruinosi parietes destru-

B antur,

f) Conf. Io. Tob. RICHTERI, An- g) PEREZ ad h. tit. Cod. §. 18.
decessoris Lips. Grauissimi, Selectiora BERGERI Oeconom. loc. cit.
Iuri; Principia, Disp. XII. §. 8


antur, atque caementa colligantur, daß die Brandstelle geraetimes werde. Si quid ego iudico, nihil istud ad maritum pertinet. Etenim eiusmodi impensas ad magnas et necessarias refero. Has vero maritus semper repetit, et duntaxat eas, quae fructuum quaerendorum gratia, et ad conseruationem praesentis temporis erogandae sunt, suppeditare debet. a) Quapropter etiam **NERATIVS** illud modo postulat, ut res dotales vir suo sumtu ita tueatur, ne quaevis modica aedificiorum dotalium refectio et agrorum cultura dotem minuant. L. 15. D. de impens. in res dotal. b)

Neque alter existimandum est de vſuſructu patris. Quamvis enim ex rescripto **CONSTANTINI** L. I. C. de bon. matern. parentes **OMNEM** debeant tuenda rei diligentiam adhibere, et sumtum ex fructibus **IMPIGRE** facere, atque ita omnia agere, tanquam solidum perfectumque dominium eis acquistatum fuisset, haec tamen iuris veteris dispositio ad litium modo sumitus spectare videtur, quos nimirum esse a patre propter rerum incrementa faciendo iudicar **IVSTINIANVS** L. 8. §. 3. C. de Bon. quae libet. c)

Ne igitur patri, vel marito, vſuſructus sit damnosus, verissimum arbitramur, non esse distinguendum inter vſuſructuarium legitimum, et alium, qui ex dispositione hominis vſuſructu gaudet, sed potius in vitroque modicam refectiois expensam pertinere ad fructuarium, immodicam vero ad propriocarium, statuimus

Duo tandem verba de Clericis addam, quos constat cum vſuſructariis comparari. Illi quidem ad modicam refectionem, et

vt



a) L. 3. §. 1. D. de impens. in res Meditar. ad Pandect. Spec. 321. med. dotal. 1. et 2

b) Vid. FABER ad Cod. tit. de rei c) Conf. GARSIAS de expens. et me- vxor. def. 27. et Aug. LEYSERI liorat. Cap. XI. §. 5. seqq.

vt aedes parochiales farta testasque habeant, obstringuntur. Quod Ordin. Prou. Sax. Elec. Art. gen. 32. d) itemque Resolut. Grauamde Ao. 1661. tit. von Consistorial-Sachen §. 28. e) constitutum est sequentem in modum: Dafs die Pfarrherrn die Pfarrhäusser, so lange sie darianen wohnen, und daselbst Pfarrherrn bleiben, wie guten Hauswirthen gebühret, in baulichen Wesen erhalten und nicht zerfallen lassen sollen. f) At, si aedes parochi vetustate corruptae, aut incendio consumatae sunt, illarum restitutio, vel ex aerario ecclesiastico, vel a parochianis, fieri debet, vt adeo pastoris viusfrustratus, aedium interitu, non extinguitur, sed illius conditio, alias fructuari iure, utique melior esse censeatur. Nimirum ipsi habitatio ob causam debetur, iure beneficii et loco salarii g)

V

RVINAM FUNDI

AESTIMATO IN DOTEM DATI

MARITVS SENTIT, QVA DOMINVS

Ab viusfructu progreдiamur ad *rerum dominia*. Multum enim interest cognoscere, cuius sit periculum et damnum, quando aedes incendio vel ruina pereant. Res *suo interire domino* creditur, ideoque potissimum eo respiciendum est, quis scilicet in dubio *domini* habeatur. Atque hoc in iuris articulo, ne quid dissimulem, variae sunt, eaque quam diligentissime examinandae, difficultates, quas tamen omnes extricare instituti ratio non pati-

B 2

tur.

d) Cod. Aug. T. I. p. 458

L III. tit. V. §. 161. et EIVSD. *Ius*

e) Ibid. p. 208

Parochiale Sect. V. Cap. II. §. 19. etf) Vid. BERGERI Oecon. *Iur.* L II. tit. 3. §. 19. not. 7Sect. VII. Cap. III. BRUNNEMANN
in *Iur. Ecclesiast.* L II. Cap. III.g) BOEHMERT *Ius Eccles. Protest.* §. 1

eur. Vnam igitur et alteram speciem tractabimus. Et primo
quidem de *aedificio dotali exusto* videamus. Enimvero maritum
dici dominum dotalis rei, sexcenta ferme iuri loca comprobant.
Causam quoque dotis esse titulum ad transferendum dominium
habilem, *IUSTINIANVS §. 40. I. de rer. diuis.* et totum Pan-
deictarum caput *Pro dote* confirmat. Idem etiam ex effectu hu-
ius dominii porissimum liquet. Videelicet non vxor, sed maritus,
habet rei vindicationem, et praeterea ne mortuo quidem marito
dotalis rei dominium ad vxorem reuertitur, sed una cum viuuer-
itate transi in haeredem mariti. *L. I. D. de fund. dot. a)*

Posset igitur exinde satis speciosa inferri ratione, quasi
omne periculum dotalis fundi exusti et diruti ad maritum pertine-
at. At enim vero hoc non utique generaliter asserendum esse in-
dico, sed porius marito solum in fundo dotis aestimato adscriben-
dum esse dominium et periculum, arg. l. un. §. 15. C. de rei vxor.
act. existimo. Quoties enim res aestimatae dantur in dotem, domi-
nium consequitur maritus, et velut pretii debitor efficitur, l. 5. C.
de iur. dotum b) ut adeo, illarum rerum quasi emitor, et com-
modum

a) Vide plura hoc de argumento in
BOEKELMANNI *Exercitior. de Actionibus* Cap. III. P. 2. §. 5. SVMMERMANNI *Praetura L. I.* tit. VIII. p. 103.
seqq. Dissentunt non pauci, quos refutat VNNIVS *Commeatus ad Iustitiam*.
tit. quibus alien. licet §. 2. Adde CO-
RASIVM in *Miscellan. Iur. Ciu. L. V.*
cap. 14.

rius quoque in dubio praesumitur.
WERNHER P. X. *Obs.* 392. lung.
Obs. 90. P. I. CARPOV. P. 2. *Conf.*
42. *def.* 21. ibique Praeciducia. WE-
SEL de *Connubiali bonorum societate*
tr. II. cap. 3. §. 20. seqq. Potest ta-
men maritus pacto sibi prospicere,
vt aestimata quoque dos mulieris si
periculo. Quod POMPONIVS arbit-

b) Quod obtinere credo, siue aesti-
matio solius taxationis causa, siue
venditionis gratia facta fuerit. Poste-
TABORIS Parasitula ab h. rit. in Vol. II.
Tractat. ab Andr. Mylio editor.
p. 805

modum sentiat, et dispendium subeat, et periculum expedit. L. un.
C. §. 9. in fin. C. de rei uxori. aet. Add. L. 10. §. 4. et 5. D. de Iur.
Dot. c.)

VI

PERFECTA EMTIONE

AEDIVM EXVSTARVM PERICVLVM EMTORIS EST
QVAMVIS NEQVE TRADITIO NEQVE
IVDICIALIS INVESTITVR ACESSERIT
QVOD ETIAM IN SVEHASTATIONIBVS OBTINET

Grauiora tamen dissidia in aliis emtionibus venditionibus, aedi-
um interitu, saepius occurunt. Et Romano quidem iure
non ambigitur, quin perfecta emtione omne commodum et incom-
modum, quod rei venditae contingit, ad emtorem pertineat. L. I.
C. L. 8. et II. D. de peric. et commod. rei vend. Quod si igitur
aut aedes totae, vel aliqua ex parte, incendio consumtae fuerint,
emtoris damnum est, qui, licet rem naestus non sit, pretium debet
solvere, cum e contrario vendor in eo quicquid sine dolo et cul-
pa eius accidit, securus esse possit. §. 3. I. de emt. et vendit. et ad
h. loc. VINNIUS in Commentar. §. 7. Quapropter etiam
Impp. DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS, periculum speciei ven-
ditae, quam violentia ignis absunt, venditorem non adstringere
restricerunt, si modo venditionem nulla condito suspenderit. L. 5.
C. cod. a)

Interim vero necessario sciendum est, quando emtio censeatur
perfecta. Respondebat PAVLVS: Si id, quod venierit, appareat,
B 3 quid,

██ ██ ██ ██ ██ ██ ██ ██ ██ ██ ██ ██ ██ ██ ██ ██ ██ ██ ██ ██

c.) RITTERSHVSI Commentar. ad illam IENSIVS in Strictur. ad Cod.
ad l. 23. de R. I. Cap. X. p. 137. p. 443

a) Iung L. IO. §. I. D. b. sit. et

quid, quale, quantum sit et pretium, et pure venierit. L. 8. D. de Peric. et comm. rei vend. Ex quo apparet, perfectam esse venditionem, quando consensus super re certa, certoque prelio, pure interueniat; sed an traditio potissimum requiratur, varius est inter magistros artis nostrae dissensus. Verum ego illorum sententiam veneror, qui negant, traditionem esse necessariam, eorumque opinio auctoritate legum magis esse munita mihi quidem videatur. Hoc maxime §. 3. I. de emt. et vendit. apertis verbis comprimat, in quo nimurum, contracta emtione et venditione, periculum rei venditae statim ad emtorem pertinere dicitur, tametsi adhuc ea res emtori tradita non fuerit, ut igitur illi necesse sit, licet rem non fuerit naclus, pretium soluere. b) Neque his L. 20. C. de Pacl. aduersatur. Quamuis enim rerum dominia traditionibus et vscacionibus, non pactis nudis, omnino transferantur, at tamen emtione perfecta obligatur alter alteri ex contractu, ideoque obligationum substantia non in eo consistit, vt aliquod corpus nostrum, aut seruitutem nostram faciat, sed vt alium nobis obstringat ad datum aliud, vel faciendum, vel praestandum. c)

Quae cum ita sint, satis intelligitur, rei venditae periculum, simul arque de re certa, et certo prelio conuenerit, ad emtorem pertinere ex natura contractus et obligationis, neutquam vero propter traditionem et translationem dominii. Haec si placet sententia, non solum animaduertere licet, emtorem aedium, quae post emtione perfectam incendio consumtae sunt, exceptione rei non traditae nullo modo se tueri, verum etiam cognoscis,

ab

b) Vid. VINNIUS in *Commentar.* BRONCHORSTI *Euvrige* Cent. II. Institut. ad all. §. 3. n. 8. BOECKEL. assert. 55. p. 193.
MANN ad *Digesta* tit. *de peric.* et *commod.* rei vend. §. 8. p. 659. c) Conf. RITTERSHVSI Dode-

cadelos Cap. XXVI. sub fin.

ab illo frustra obiici: non factam esse resignationem et inuestitutram iudicialem, adeoque dominium penes venditorem remansisse, et rem domino perisse. Quanquam enim, iure praesertim nostro, dubitandum non est, quin in omnibus bonis immobilibus transferendis resignatio et inuestitura iudicialis, Dafs die Lehn gerichtlich aufgelassen, und der Kaeufer anderweit belehnet werde, necessario requiratur, d) emtor tamen, vti paullo ante monuimus, non *qua dominus rei*, sed *ex contractu*, condemnabitur ad periculum sustinendum

Quod ne cui nouum videatur, et vsai forensi forte contrarium, propositam a CARPOZOY speciem P. II. Conf. XX VI. def. 20. cum tenore sententiae inferam: Hat euer Ehemann ein Haus vor und um 550. Gulden erkauft, und an sich gebracht, darauf auch allbereit 113. Gulden baar Geld gezahlet, und es ist solches Haus, nachdem die Kayferl. Soldaten die gantze Stadt in Brand gesteckt, zugleich mit verbrannt, und in die Asche geleget worden. Ob nun wohl gedachter euer Ehemann berührtes Haus niemahls in Possess und Lehn bekommen, und also das Dominium daran noch zur Zeit nicht erlanget, dieweil ihr aber dennoch nicht in Abrede seyn koennt, sondern gesetzlich müsset, dass der Kauf einmal richtig geschlossen worden; So ist auch euer Ehemann, und nunmehr desselben Erben, den durch die Feuersbrunst entstandenen Schaden zu tragen, und des Verkaufers Erben die restirenden Kaufgelder abzustarten und zu bezahlen schuldig. Haec ille, e) et satis quidem euidenter

Neque

d) Decis. Elect. Sax. LXI. et De-
cis. nou. I. de Ao. 1746. Land-Rechts
L. 2. Art. 30. Weichbild Art. 20. vers.
der Richter soll, et Art. 60. in fin.
conf. CARPOZOY P. II. Conf. 39.

def. 35. et P. I. Conf. 28. def. 21.
aliisque locis pluribus. LEYSER ad
Pandectas Spec. 446. med. I. seqq. ibi-
demque in Coroll. I. p. 87. Vol. VII
e) Conf. Idem CARPOZOVIS L. I.
resp.

Neque vero aliud pronuntiandum esse videtur, si quis sub hasta emerit. Enimvero quando plus licitanti res addicitur, verus adeo in rem et pretium consensus, ut adeo licitator cum iudice contraxisse, et ad illum omne pertinere periculum haud dubie censeatur. f) Cui etiam hoc accedit, quod in *Ord. Proc. Sax. Rec. Tit.* 39. §. 18. et *Tit. 40.* §. 2. peculiariter constitutum sit, feuda et aljodia, hastae publicae subiecta, judiciali resignatione dominii ne quidem indigere, sed illud statim, et quidem plenum, per adjudicationem rei sub hasta venditae, in emtorem transferri, et pro facta haberi. g) Quapropter causa cecidit nuperime quidam ciuis, qui in vicino pago rusticum praedium, cum spe messis, pluris sub hasta emerat. Illum, postquam hostis omne frumentum in herbis perdidit, atque aedificia, in primis horreum, funditus euerit, lici poenitebat, igiturque damnorum restitutionem in adjudicationis termino postulabat, ut scilicet cum residuo pretii compensaret. Sed indicatum est Mens. Nou. 1760. ab illustri Ict. Lips. Ordine: Dass er, des beschobenen Einwendens ungeachtet, in Anschung, dass er in das Gurh, so er nebst der zu hoffen gehabten Erndte sub hasta erstanden, eingewiesen, auch ihm die Wirthschaft übergeben worden, und die Einbuße der Erndte durch die feindliche Fouragirung, sowohl den Ruin der Scheune, als Casum fortuitum, selbst allein tragen muss, den versprochnen Rückstand des Kaufgeldes ohne Abzug, in die Gerichte zu bezahlen verbunden

Interim tamen, quod praetermittere nolui, etiam emtori subuenitur, domum ementi, quam et ille, et vendor, combustam esse ignorat.

resp. 108. Similiter indicatum esse vi g) Conf. BERGERI Oeon. Iur. des in Ioach. BERGERI Obscr. Iurid. L. II. tit. II. §. 20. et L. IV. tit. 29. Cent. IV. obs. 30. §. 4. et in Elest. Dis. Forens. pag.

f) Vid. CAREZOV. P. I. Conf. 1195. seqq. et p. 1282
XXXII. def. 47. 48. 49

ignorarunt. Hanc speciem distincta pariter et eleganter PAVLVS tractat L. 57. D. de contrah. emt. b)

VII

DE IURE RETROVENDITIONIS

ET PRONTIMISEOS IN PRAEDIIS EXVSTIS

MINORVM IMMOBILIA

VTILITATIS CAVSA

VALIDE NON ALIENANTVR

QUAMVIS RVINOSA SINT

NISI ALIA NECESSITAS VRGEAT

Vix finis esset, si recensere vellem omnia, ex contractu emtionis venditionis ad propositum argumentum spectantia. Pauca tamen adiicere opus est. Docet enim quotidianus fori vlus, multa possideri praedia urbana et rustica, cum pacto de retrouendendo. Hocce autem pactum non impedit, quo minus transferatur dominium in emtorem, ideoque ille ad ferendos metatorum sumtas, et sustinenda onera omnia, quamvis extraordinaria, omnino obstringitur. a) At enim vero cum de periculo totius rei quaeritur, illud non puto ad emtorem, vt pote debitorem speciei, pertinere, sed condemnandum esse venditorem ex pacto, vt, elapso tempore praefinito, aedes sine culpa emtoris conflagratis, eodem pretio reliuat, et omne, quod in reaedificationem, ad perpetuam rei utilitatem, bona fide impensum est, restituat. b)

C

Dein-

h) Iung. L. 9. D. de peric. et com- a) Conf. CARPZOV. P. II. Conf. L.

mod. rei vend. VINNIUS Scleff. Iur. def. 18. ibique praejudic.

Quaest. I. I. cap. 56 GROENEWEGEN b) LEYSER ad Pandect. Spec. 191.
de Legibus abrogatis in Hollandia med. 15

p. 180

Deinde illud etiam est observatu dignum, quantum debeat offerri pretium, si velis iure proximiso fundum retrahere, qui tamen exustus et ruinosus factus est. Hoc quidem omni prorsus dubitatione caret, c) quando nihil est determinatum: teneberis enim ad iustum et integrum pretium, quod emtor extraneus sine fraude soluendum promittit. At enim vero cum de certo pretio antea conuenerit, standum esse pacto, arbitror, et vel praestandam illam aestimationem a retrahente, vel iuri suo renunciandum. Quod ne tibi durum videatur, velim cogites, retrahentem ultra pretium determinatum refundere nihil debere, licet etiam extraneus maius soluerit, aut promiserit. d) Acceditque praeter ea illud, quod conventiones, quibus ius retractus acquiritur, pro odiosis et stricti iuris habeantur e)

Tandem vero de fundo minorum exusto, et num possit eam ob causam valide alienari, dispiciamus. Namque primo intuitu pupillis et minoribus expeditre videtur, ruinosas eorum vel combustas domios vendere, et accipere visuram sortis, quam omni prorsus fructu et emolumento carere. Neutiquam tamen illa moueatur uitilitate, vt, si nulla alia necessitas urget, pupillo vel minori alienationem permittam. Enimvero Imperatores SEVERVS et ANTONINVS, teste PAVLO, rescripsierunt, ne fundum quidem sterilem, vel saxosum et pestilentem, vel aliqui infructuosum, vendi licere. L. penult. D. de reb. eorum, qui sub tut. vel cur: Atque DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS ob aes alienum tantum,

c.) *Const. Elekt. Sax.* XXXIII. 52. §. 17. seqq
 P. 2. conf. WERNHER P. X. obf. d) RICHTERI *Decis.* 76. n. 120.
 306. BRVKNERI *Praeindicia Iuris* e) BERLICHIVS P. I. *Decis.* 98.
 p. 213. KOEPPEN *Decisiones Quæst.* n. 8

rum, f.) causa cognita, praedium minoris ut distrahatur, permittunt.
L. 12. C. de praed. min. g.) Quod quidem, si CONSTANTINO
Imp. credis, prudenti sane ratione legis nititur. Vix enim foene-
randi pecuniam vix diuturnus, vix continuus est et stabilis; quo
Subsecuto, intercedente saepius pecunia ad nihilum minorum patri-
monia deducuntur. L. 22. in fin. C. de administfr. tutor.

Paullo tamen aliter existimandum, vbi pater, tanquam legitimi-
mus administrator, et vi patriae potestatis, immobilia liberorum,
etiam propter solam utilitatem, alienat. Huic enim licet, quae
onerosa haereditati sunt, vel quounque modo damnosa praedia,
sine periculo cum paterna pietate vendere. L. 8. §. 5. C. de bon.
quae liber. h.)

VIII

SERVITVTES ET PIGNORA

AEDIBVS COMBVSTIS

IN SOLO ET AREA REMANENT
PECVNIA AD REAEDIFICANDVM CREDITA
AN PRIVILEGIO GAVDEAT

Dixi, quantum satis, de iure emti venditi circa ruinosas aedes et
exustas. Itaque ad *Servitutes* accedo. Multum autem hoc
in argomento interest, personalis sit, an realis feruitus tibi consti-
tuta. Illam expirare, sublatu aedificio, neque eo restituto reui-

C 2

uifcere,

f.) Hinc etiam statuto nostro caue-
reb. cor. qui sub tut. §. 4. et 5. SAN-
tor: Dafs die unbeweglichen Güther
derer Unmündigen, ohne dringende
Schulden, nicht zu veräussern. Vid.
Dresdñische Vormundschafts-Orduung
Cap. IV. §. 4
g.) LEYSER Spec. 344. med. 1. sequ.
HVBERVUS in Praelect. ad Dig. tit. de

reb. cor. qui sub tut. §. 4. et 5. SAN-
tor: Dafs die unbeweglichen Güther
derer Unmündigen, ohne dringende
Schulden, nicht zu veräussern. Vid.
Dresdñische Vormundschafts-Orduung
Cap. IV. §. 4
b.) Conf. WERNHER P. IV. Obs.
IO. Iung. P. III. Obs. 35. BERGERI
Oeconom. L. I. tit. IV. §. XI

viscere, in priori de vſuſtruſtu diſputatione a) fulſius expoſit. Contra vero ea realis ſeu praedialiſ ſeruitus, aedibus combuſtis, in ſolo remanet, et magis quieſcere videtur, quam expiraffe, vt adeo, re deinde reſtituta, ſeruitus reuiuſcat et redintegretur. L. 13. pr. D. de S. P. R. L. 20. §. 2. D. de S. P. V. b)

Sed hoc loco oportuno et illud obſeruandum eſt, reſectionem in omnibus ſeruitutibus ad eum pertinere, qui ſibi ſeruitutem adſerit, non ad eum, cuius res ſeruit; Neque tamen contra na- turam ſeruitutis eſſe, SERVIVS et LABEO adſiſtant, paſto caue- re, vt ſeruientis etiam praedii dominus reficiat. L. 6. §. 2. D. ſi ſeruit, vindic. c)

Pari modo non extinguitur Ius hypothecae, quamvis domus, pignori data, intereat; Et enim area, quae eius pars eſt, ſemper tenebitur, quia hypotheca eſt indiuidua. d) Eleganter hanc in rem PAVLVS: Domus pignori data exuſta eſt, eamque aream emit Lucius Titius, et exſtruxit: Quaeſitum eſt de iure pignoris? Paulus rerepondit, pignoris perſecutionem perſeuverare, et ideo ius ſoli ſuperficiem ſicutam videri, id eſt cum iure pignoris. Sed bona fide poſſeffores non aliter cogendos, creditoribus aedificium reſtituere, quam ſumtu in exſtructionem erogatos, quatenus pretioſior rē ſacta eſt, recipere. L. 29. §. 2. D. de pign. et hypoth. Ex quo ſatis ap- parēt, combuſtam domum oppignorataī utique manere obliga- tam, eiusque reſtitutione, quamvis etiam a tertio poſſeffore facta, creditoris conditionem fieri meliorem

Hæc de pignore, quoq; aedibus ante ignis fatum conſtitutum

eſt;

- a) Vid. §. 2. ſupra
 b) Couſ. Excell. Georg. Friedr. ſit. it. de Seru. Ruſſ. et Vrb. Praed. KRAVSI Diff. de ſeruitute reuiu-
 ſcente, Vit. 1755, hab. §. VII. Iungas WERNHERVM P. IX. Obſ. 230
- c) VINNIUS in Commentar. ad la-
 ſ. I. TENSII ſriūlurac Iuriſ Romanī p. 38. Videtamen BERGERI Decif. 71
 d) WERNHER. P. V. Obſ. 32

est, dicta sunt. Iam paucis videamus, num forte creditor ipso iure consequatur aliquod priuilegium et pignus tacitum, si ad refectionem aedificii destructi et ruinosi mutuam det pecuniam? Certe iure veteri Romano, illam esse quaestioneum vriue affirmandam, multa docent iuris capita. e) Quod olim etiam in Saxonia vsu fori receptum, et in Ordin. Process. Tit. XLIII. § 6. ita constitutum fuit: Wenn auch einer dem andern zu Erbauung, Besserung und Erhaltung eines Hausses, oder andern Guths, Vorstreckung gethan, auch das es zu dem Ende geschehen, in der Obligation ausdrücklich gemeldet hätte, und erweislich wäre, dass es eine Nothdurft, und die Aedes ruinoſae gewesen, So hat er derowegen auf demselben Gurhe, neben der stillschweigenden Verpfändung, ein Priuilegium, dass er denen, welchen des Schuldners Güther zuvor ausdrücklich verpfändet, mit der Zahlung vorgehet, jedoch wofern dieselben nicht auch darneben ein personale Privilegium haben. f) Iure tamen nouo illud non obtinere, et neque ius praelationis, neque ius reale competere, nisi expressa hypotheca constituta sit, ex Ordinat. Proc. Sax. Recogn. ad tit. XLIII. §. Setzen und Ordnen: intelliguntur

IX

DE LEGATA DOMO
QVAE COMBVSTA EST

Sed properandum est ad rem testamentariam. Et primo quidem constat, legatario praeter aream nihil deberi, quando le-

C 3 gata



e) l. 25. D. de reb. cred. l. 1. D. f) BERERI Econ. Iur. L. II. tit. in quib. caus. pign. l. 5. D. qui patior. 5. §. 5. not. 1. et 2. LEYSERI Spec. in pign. l. 24. §. 1. de reb. aut. iud. 484. medit. 1. possid. Nou. 97. §. 3

gata domus combusta est L. 22. in fin. D. de Leg. I. Haeres enim, qui speciei debitor est, illius interitu liberatur, si legata res sine eius facto perierit. §. 16. I. de Legat. Sed singas tibi testatorem, qui dixerit: Mearum aedium vnam Scaeuelae do, lego. Hic cum duas domos viuus possederit, illarum vna paullo ante, quam discessit, incendio consumta est. Iam disceptabitur, quam praestare haeres debeat, combustam domum, an alteram, quae adhuc est integra? Parum abest, quin legatarius hancce fibi vindicare velit, excipiendo scilicet, incensum et destruetum aedificium non amplius pro domo habendam, sed potius aream esse et ruinas, haeredem vero in hoc teneri, ut non pessimum det. a) At mihi quidem profus contrarium placet. Enim uero, si domus alicui simpliciter legata sit, neque adiectum, quae domus, VLFIANO iudice, haeres cogetur, quam velit domum, ex his, quas testator habuit, dare legatario. b) L. 71. pr. de Leg. I. Iung. L. 37. §. 1. et l. 32. §. 1. eod. Idemque ille non ita multo ante sequentem speciem ex facto tractatam proposuit: Cum quidam, duos fundos eiusdem nominis habens, legasset fundum Cornelianum, et esset alter pretii maioris, alter minoris, haeres dixit minorem legatum, legatarius maiorem. Sed fatendum esse, utique minorem legasse testatorem, si maiorem non potuerit docere legatarius. L. 39. §. 6. D. eod. c)

Quae cum ita sint, et testator optimum de incertis legare non praesumatur, potiusque haeredis sit electio, ne ille magis, quam credibile est, testatorem voluisse, oneretur, d) discedendum tamen est

a) Arg. l. 110. D. de Leg. I.
b) Quae VINNI lectio est in Com-
menario ad Institut. §. 22. de Legatis.
Vide tamen ibi HEINECCIVM p.
463. et PAGENSTECHERYM in Ob-
seru. Legum Insitituarum, 57

a) Ponamus tamen, testatorem tres
habere fundos. Tunc mea quidem
sententia, neque optimus, neque pes-
simus, legatario dabitur. arg. l. 37. pr.
de Leg. I.
d) Vid. l. 14. §. 1. in fin. de Leg. I.
l. 43.

est ab ista regula in legato optionis, vel, si haeres in mora tradendi versatur e)

X

SINGVLARIS SPECIES
DE FVNDO PRAELEGATO EXVSTO
DIIVDICATVR

Neque vero a me imperare possum, hoc opportuno loco aliam ut praetermittam quaestionem, quam nuper vidi in foro eleganter propositam. Quippe pater villam urbanam cum instrumentis et pecoribus ita praelegavit filio, ut quatuor tantum imperialium millia per auersionem solueret: der Sohn sollte das Vorwerk in Pausch und Bogen um 4000 Thlr. annichenen. At enim hostilis violentia non solum aedificia incendio funditus destruxit, et omne instrumentum perdidit, verum etiam paullo post abacta sunt pecora. Viuus tamen adhuc pater restitutionem aedium inchoauit, sed, quo minus coeptum opus perficeret, subita mors interuenit. Filius igitur existimauit, cogendos esse cohaeredes, ut villae reddant formam pristinam, et patris voluntati tatisfaciant. Namque accidisse casum fortuitum, patre adhuc superstite, neque tamen illum suam voluntatem mutasse, sed morte potius confirmasse, adeoque desolata aedificia redintegrare iamiam instituisse; Quapropter testamentum esse plenus interpretandum, et haeredes videri oneratos, ut restitutionem aedium absoluant, et fundum instruant, illumque postea, secundum praeinitum premium, praestent legatario

Ut tamen ore libero loquar, et dicam, quid sentiam, legatum

illud

-
1. 43. §. 3. in fin. et l. 67. §. 8. de Leg. de Legat. BRONCHORST Expositio
2. conf. quae VINNIUS eleganter tra- Cent III. assert. 49
stat in Commentario ad Institut. §. 22. e) L. 47. §. 3 D. de Leg. I

illud, quod ex patris liberalitate per praeceptionem prouenit, mihi quidem viderur sub conditione, vel modo, relictum. Enimvero licet sine dubio testator in votis habuerit, ne fundus de suo nomine exiret, noluit tamen in portionibus haereditariis reliquos grauare liberos, igiturque aestimationem praedii testamento adscripsit, ut de certo prelio constaret, simulque in diuisione haereditatis omnis litigiorum occasio auerteretur. Illud autem praefinitum pretium, instar conditionis, siue modi, habendum est, ideoque filium legatarium vel quatuor imperialium millia solvere, vel totum repudiare legatum, oportuit. a) Sicut enim haeredes fundum tanti vendere coguntur, quanti certo pretio damniati sunt, neque ullum debent fructum ea venditione excipere; L. 49. §. fin. D. de Leg. 1. L. 30. §. 3. D. de Leg. 3. Ita etiam legatarius, qui certum aliquid haeredare iussus est, legatum fundum iure non consequitur, si minus velet pretium offerre, sed potius testatoris voluntati ex omni parte obtemperandum est. En! quac hanc in rem IULIANVS eleganter tradidit: *Qui duobus haeredibus decem dare iussus est, et fundum sibi habere, verius est, ut conditionem scindere non possit, ne etiam legatum scindatur. Igitur quamvis alteri quinque dederit, nullam partem fundi vindicabit, nisi alteri quoque, adcunti haereditatem, reliqua quinque numerauerit, aut illo omittente haereditatem ei, qui solus adierit, tota decem dederit.* L. 23. D. de condit. et demonstr.

Neque tibi in illa, quam proposui, specie exinde dubium nascatur, testatorem, licet rei legatae interitum sciuerit, voluntatem tamen nullo modo mutandi, et destructas aedes potius restitu-



a) Conf. VINNII Partit. Iuris Cr. sii. Ius Iustinianeu P. VI. cap. 7. uil. L. 1. cap. 56. et RITTERSHV. in fin.

restituendi, animum habuisse. Hoc enim nihil ad haeredes. Quin ex hac ipsa testatoris scientia eiusque reaedificandi studio constanter illius voluntatem vel maxime intelligis, et tantum abesse videt, ut haeredes restituzione aedificiorum, et instruendo fundo, gravari possint, ut contra ea legatarius, *si conditioni paruerit*, praelegatum tantummodo fundum, prout mortis tempore testatoris se habuit, consequatur. b)

xi

HAEREDIBVS VALIDE

INIVNGITVR TESTAMENTO

EX VSTARVM AEDIVM RESTITVTO

Interea non ambigitur, quin possit haeres damnare, ut dominum tibi vel alteri combustam reficiat. Haeres igitur aliusque, qui iubetur testamento, sive rogatur, in gratiam alterius facere aliquid, vel non facere, omnino necesse habet parere, modo illud, quod fieri scriptum est, bonis moribus et iuri non repugnet. *a)* Si enim in publicis nihil est lege grauius, ita in priuatis firmissimum esse debet testamentum, *b)* et religiosissime custodiri, siquidem de functionum intellexisse voluntatem bonis haeredibus pro iure sit. *c)* Valet igitur, quod **IUSTINIANVS** ait, legatum: *Damas esto haeres meus, domum illius reficere*, §. 21. I. de Legat. *d)* haeres est.

D

二

b) Vid. LEYSER ad Pandect. P. VI. p 863. Spec. 378. med. 1. vbi nostram sententiam , quod nempe haeredes aedificium, in fundo legato a testatore coeptum, perficere non cogantur, au-
toritate rei iudicatae muniam innec-
ties. Jusne HERTII Dist. de Prae-
gatis in Opusculis Iustiniani editis T. III.
p. 308. seqq.

a) L. 112. §. 3. de Leg. I. Iung.
RITTERSHVSIVS in Iure Iustin. P.
VI. cap. 6.

b) CICER. Philipp. Orat. II. cap. 42.

c) PLINIUS L. IV. ep. 10.

d) Vide VINNIVM ad h.l. in Com-
memor. p. 460. et PACII Analyticis
Iustiniani. p. 342. edit. Traiect. de
1686.

ne dubio ad praestandum illud obligabitur. Quare etiam testator earum, quas possedit, aedium resumptionem valide posset haeredibus iniungere, quod scio nuperrime, in testamento Amplissimo Senatus Dresdensi oblatu, fecisse quandam opulentum ciuem, cuius aedes satris amplas, et fructuosas, hostis incendio destruxerat. Adscribam ipsa verba, cum notatu digna videantur: Und da der gröste Theil meines Vermögens in meinem allhier gelegnen Garthen nebst Zubehör bestehet, und gar leichte zu ermessen ist, daß, wenn die noethigen Wirthschafts-Gebaeude, als Wasch-Haus, Vieh-Pachter-Bier-Schenken-Pachter- und Gaertner-Wohnung, nebst denen darzu gehörigen Gebaeuden, welche durch das unglückliche Schicksal hiesiger Stadt ohnlaengst in die Asche gelegt und abgebrannt worden, nicht wieder hergestellt werden, ein großer Theil der Nutzungen von nurgedachten Grundstüke hinweg- und das Immobile selbst in einen grossen Unwerth verfallen dürfte: So verordne hierdurch ausdrücklich, daß vorernandte vier Gebaeude mit eben dem Gelass und Gemaechlichkeit, als jedes vor dem Brande gehabt, von meiner Verlassenschaft vor allen Dingen, jedoch nur ad interim, und damit die Wirthschaft nicht liegen bleiben dürfe, wiederhergestellter und aufgebaueter werden, auch ehe und bevor solches erfolger, keines von meinen saemtlichen instituirten Erben das allergeringste von seinem Erb-Antheile zu fordern Fug und Macht haben solle. Und will ich, daß mein Eheweib und einer von meinen übrigen instituirten Erben, welchen letztere erwehren werden, die Aufficht über den zu vollführenden Bau haben, und insonderheit mein Eheweib, währenden Baues, die Interessen von meinen saemtlichen Vermöegen, auch nach Befinden und ohne Einwilligung meiner übrigen Erben von der vorhandenen Baarschaft, soviel zu Vollführung solchen Baues von noethen seyn dürfste, an sich zu nehmen

nichmen, oder auch eine oder die andre Schuldforderung eigenmaechtig zu solchem Ende einzutreiben, und zu erheben, auch darüber zu quittieren, Macht haben und verbunden seyn solle, die Handwerksleute und Lieferanten derer Bau-Materialien, mit Zuziehung gedachten zur Auffsicht erwählten Mit-Erben, richtig und ordentlich zu bezahlen, und sollen sodann alle diejenigen Belege und Quittungen, welche über bezahlte Bau-Materialien, und Loehnung derer Handwerks-Leute, auch andern Aufwand, von Woche zu Woche ausgestellter werden, jederzeit in Rechnung passiren, und keiner von meinen Erben, wenn der erwählte Mitauffscher die Rechnung justificiret und unterschrieben, darwieder, infonderheit wider die Gültigkeit solcher Bau-Rechnung und derer dabey inducirten Belege weiter etwas zu erinnern nicht berechtigt seyn. Haec testator ille

XII

DE IVRE

PRINCIPIS, MAGISTRATVS ET VICINI

CIRCA AEDES RVINOSAS.

SVMMA ARGUMENTORVM

QVAE POSSENT ADHVC PROPONI

Sed progrediamur ulterius, et tandem aliquando ad finem accedamus, quamuis multa quidem, propositi argumenti causa, adhuc dicenda forent. Sufficiet igitur, pauca quaedam extremis duntaxat digitis, quod arunt, attigisse. Primo loco illud velim obserues, magistratus auctoritate iniungi tibi posse curam aedium incensarum et ruinosarum, ut eas scilicet vel reficias, vel muros, qui forte damna et ruinas minantur, tollas et in planum effundas. Cer-
te in Romana republica praeset prouinciae, a) inspectis aedificiis,

D 2

dominos

a) Amplificata vrbe Roma, procuratio aedium, maxime tamen publicarum,

dominos eorum, causa cognita, reficere ea compellere debuit, et aduersus detractionem, competenti remedio, deformitati ferre auxilium L. 7. D. de offic. Praesid. Iung. L. 46. D. de damno infest.

Imo vero si dominus monitus, domum suam reficere, aut ruina collapsam aedificare detrecter, publice vendi illa potuit, vel area fisco addici L. 4. C. de Iure reipubl. b)

Vides ergo, quae sunt *competentia illa remedia*, de quibus prior lex pandectarum loquitur, simulque intelligis, interdum etiam cogi dominum, c) exustam vel ruinosam domum de novo aedicare. Ne autem illud iuris veteris esse et obsoleti credas, en! quae hanc in rem summus Saxoniae Legislator eodem fere modo constituit: Denen Abgebrandten, als welche Armuths halber gar selten sogleich nachm Brande zum Wieder-Anbau gelangen koennen, ist keine laengere Zeit, als drey Jahre zum Anfang des Wieder-Aufbauens nachzusehen; Und wenn sodann die Bau- oder Brand-Stelle von dem Eigenthums-Herrn nicht angebaut oder verkauft wird, selbige zu subhaftiren und der vorige Besitzer mit seinem Eigenthume, als dessen verlustig, abzuweisen; Von dem Pretio aber, darum

es



cavum, aediibus tam plebeis, quam curulis, data est; et ad exemplum urbis Romae alii etiam in Colonis et municipiis creati, et vna cum Decurionibus magistratum gerere iussi sunt. Vid. BYNKERSHOEK in Opuscul. Vario Argum. T. 2. p. 31. Anton AVGVSTINVS ad Modestinum p. 248. edit. Lugd. MENAGII Amoenitates cap. 39. Eterb. OTTO de Aedil. Coloniari, et Municipiorum cap. IX, et XIII.

b) Plura ad legis huius illustratio. nem vide apud BRVNNEMANNVM in Commentar. ad Codicem h. tit. p. m. 1265. et PEREZIVM in Praelect. ad Cod. h. tit. §. 15. seqq.

c) Curiales modo videntur ad id cogi posse, per L. 8. C. de aedif. priu. Sed v. BRVNNEMANN. ad b. iii. Cod. p. m. 951.

es erstanden wird, seynd die vor dem Brande aufgelauffene Gefaelle, weiln nach dem Brande wegen ergehender Befreyungen keine zu fordern, wie auch die Schulden zu bezahlen, und ist das endliche Residuum dem gewesenen Eigenthums-Herrn abzufolgen. Mandatum Ele^ct. Reg. Sax. d. d. 21. Aug. 1702. §. 3. d)

Quod vel ideo sancitum esse creditur, ne principis aerarium per tempus longius impositis careat tributis, et vrbes numis diu deformentur ruinis. Idem enim illud olim VESPASIANVM mouit, vt, cum vrbs Roma deformis veteribus incendiis atque ruinis esset, vacuas areas occupare et aedificare, si possessores cessarent, cuicunque permisiter e)

Interim vero saepius vicini interest, vt vicina domus ruinosa deiciatur, aut damni infecti caueatur. Habes hoc de arguento rotum Digestorum titulum de *danno infecto*, et in illo permultas reperies species, admiranda cum subtilitate propositas f)

Sive tamen vicinus adeat magistratum, sive magistratus ex officio iniungat, vt, quod ex ruinis aedificiorum imminet, periculum auertatur, quadenis dilatio videbitur iudici periculosa, et res magnam celeritatem desiderat. L. I. D. de *danno infecto*. Omnes enim cauae aedilitiae summarie tractari debent g) atque multo magis illae, quae moram non ferunt, et, ni confessim expediantur, ingens damnum faciunt h) Magistratum igitur conqueri non decet, qui

E fundi

.....

d) In Cod. Aug. T. II. p. 1564

in Eius Dissertat. Frs. iunctim elitis
Tom. V. continetur

e) SVETONIVS in *Vespaf.* cap. 8

g) Ord. Proc. Sax. Rec. ad tit. I.
§. 6

f) Conf. STRYKII Diff. de *danno
rebus alienis licite illato* Cap. IIII. quac

h) Vid, LEYSER ad Pand. Spec.
684. med. 27. et 28

fundis ruinosis dominum in eiusmodi causis ore tenus modo citat, vel etiam absque illa citatione, et quando ruinarum pericula in oculis omnium habentur, per praecepta, vii vocantur, poenalia adigit, ut ruderis tollantur et deficiantur

Sicut autem nemo potest in priuatis cogi negotiis, ut suam rem
inuitus reineat et defendat, L. 156. D. de R. I. ita quoque domum
ruinosam derelinquere omnino licet domino. i) Enimuero GAIUS
monet, plerisque placuisse, si vicini aedes ruinosae in meas aedes
deciderint, nec cogi quidem cum posse, ut tollat rudera, si modo
omnia, quae iaceant, pro derelicto habeat. L. 6. D. de damno in-
fect. Iung. L. 7. §. 2. eod. k)

Hic proximum esset, etiam de illo damno disquirere, quod vitiis et ruinosis aedibus vel dolo, vel culpa, datum est, et quo modo istud, si liber homo aut quadrupes occisus fuerit, resarciri debeat, *l*) aut, an fundi ruinosi dominus, cum forte vigil, vel operarius in demoliendo aedificio periret, teneatur, *m*) paullo copiosius tractare, sed temporis angustia plura addere non patitur; quemadmodum etiam quaestiones alias, verbi gratia, num dominus areae pro possessore rei immobilis habeatur; quod dominus, areae legatae impista, debeatur legatario; *n*) et cui competit domo diruta atque dissoluta, vindicatio materiae, si quis

i) Veluti vicinus potest seruientem ad illam legem ALCIATVS T. II.
parietem derelinquere, 1.6. §. 2. D. si Opp. p. 383
seru. vindic. m) Vid. L. 26 §. 6. D. mandati L. 2.

k) STBYK in *Diss. cit.*

m) Vid. L. 26 §. 6. D. mandati L. 2.
§. I. D. de Leg. Rad. de iactu

v) L 44 § 4 da Leg. I. V.

Leg. 2. Nicol. de PASSERIBVS in Conciliacione Legum P. I. Cap. VIII.

¹⁾ Vid. tit. Dig. et Cod. ad Leg. Aquiliam L. 5. §. 5. D. de O. et A. e.

in alieno solo aedificauerit, o) inuitus praetermitto, et, praeter ea, de conductoris damno ex aedificiis ruinosis, p) pulchrisque illis, quae L. 59. D. Locati q) et L. 14. D. de donat. inter vir. et uxor. proponuntur, speciebus, nec non de loco facro diruto, r) et iure patronatus destructa ecclesia, s) ac de feudalis rei interitu, t) itemque de fundo ob vilitatem publicam exusto, u) et de vicino, suam aadem demoliendo, alteri iumenturam, die Spannung, tollente, x) et quae sunt eiusdem argumenti, plura adhuc differenda forent et enodanda. Sed abrumptam Dissertationis filum, et propterea lubenter farebor, permulta posse in delineando proposito arguento desiderari, quae tamen spe-

ro alia forsan occasione, si quidem maiori experientia, rerumque cognitione et subsidiis instructus fuero,
vberius me suppleturum

~~~~~

o) L. 7. §. 12. D. de acquirend. rer. domin. §. 30. I. de rer. dinis. Obstat tamen L. 2. C. de rei vindicat.

p) L. 13. §. 6.. D. de damno infesto. LEYSER ad Pandect. Spec. 217. med. 4. et 5

q) IDEM Spec. 217. med. 3

r) Vid. §. 8. I. de rer. dinis. ibique

PACIVM in Analysis p. 150. Consultatur etiam PLINIUS L.X. ep. 79

s) BRUNNEMANN in Iure Eccles. 19. seqq

L.II. Cap. II. p. 346. et Cap. VIII.  
p. 436

r) STRV VII Iurispr. Feudal. p. 585°

SIEGELII principia Iuris feudalis  
Cap. XV. §. 4


u) SANDII Decisi. Frisiae L. V.  
tit. 7. def. 3. et 4. LEYSER Spec. 160.

med. 3

x) STRYKII cit. Diff. de damnore rebus alienis licite illato Cap. III. §.

## T A N T V M





ULB Halle  
002 671 204

3



PA 20

B18



B.I.G.

Black

3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

Farbkarte #13

MANVEL GOTTLIEB  
FREYBERGII

DRESSENSIS

SOPHIAE ET IVRIS VTRIVSQUE DOCTORIS

ATQVE IN VRBE PATRIA PRACTICI

LIBELLVS ACADEMICVS

DE

A E D I B V S  
V S T I S E T R V I N O S I S

C O N S E N S V

LLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

P R O O B T I N E N D O

O C T O R I S G R A D V

D. XX. AVG. C I O I O C C L X I

H O R I S C O N S V E T I S

I N A V D I T O R I O M A I O R I

P V B L I C E D E F E N S V S

V I T E M B E R G A E

E L O E P H R A I M G O T T L O B E I C H S F E L D I

A C A D E M I A E A T Y P I S

